



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Irene V. M. 5. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

224 VITÆ SANCTORUM. 5. April.

Ad evitandas diabolice pugna molestias valenter assurgemus, si necessitatibus ultimæ periculum provide pertractemus: nam si repentinus ille atque terribilis adventus Christi perpenditur, quid erit in mundo, ubi mens humana delectetur?
S. P. Dam. l. 1. ep. 19.

S. IRENE V. M. 5. Aprilis.

I RENE S. Anastasiæ famulabatur, conditione, non item virtutibus Heræ impar. Unâ cum duabus sororibus ad tribunal rapta est immitis Dulcitii, quodque magis timendum fuit, etiam lascivi profuit innocentibus, quod amor in furorem abiit, qui Dulcitium ad dissuviandas ollas impulit, quarum fuligine deformatus cæcus amator, bacchatusque per urbem populo ludos præbuit. Sed neque cum denudari virgines mandasset, vestes corporibus eripi ullâ vi potuere; Pugnante pro iis, & togas retinente mordicus pudore. Fornace deinde (Babyloniam dixisses) conclusæ IRENES sorores, inter flamarum blanditias verius quam tormenta, mortem somnisimilem, illæsis corporibus, oppetierunt. IRENE verò ardentiores etiam ignes evasit; in lupanar quippe Veneris fornacem per vim intrusa, ab Angelis sub militari habitu latentibus, illibata virginitate, inde educta est, & in montem ablata,

6. April. VITÆ SANCTORUM. 225
ablate, extra telī quidem Cupidinis ja-
ct. m, non æquè tamen furentis adhuc
Dulcitii posita; ab hoc enim celeriter in-
sequente, eminus sagittâ transfixa est vo-
lens lubensque, & amorem suum Numi-
ni saucio pectore testatura, mox in ejus
complexum à cælestibus Paronymphis
domum, id est cælum, deducta; anno sa-
lutis CCC. IV. Ex Actis S. Anastasie.

Mox ut germinare inceperint fœdæ cogi-
tationes, compunctionis gladio interimat
ipsas, qui cordis sui J E S U M cupit habere
possessorem, virilem super se adhibeat custo-
diam, quâ nec seducatur nec alliciatur.

S. Laur. Iust. de Cast. Conn. c. 33.

S. GUILIELMUS C. 6. April.

GUILIELMUS domi nobilis, Hugoni
Abbari, apud Parisienses, à parenti-
bus ad omnem pietatem informandus
traditus est. Nec abhorrebat à discipli-
nâ pius animus, quâ comite feliciter in-
literis progressus, facile superabat æmu-
los, quibus ob morum integratatem fa-
stido fuerat. Patebat multorum invidiæ,
quam ille æquo animo perferens, nihil
alienum à virtute patrabat, quæ sedem
firmam in pectore ipsius jam fixisset.
Dubius quo vitæ genere virtutis studia-
decurreret, monente tandem serverius
Odone abbate, & objectâ Christi
crucifixi in vitreâ fenestrâ depictâ
pecie,

F

pecie,